

*Can. 2072*  
*2. 5. 0106*

# RESPONSA FISCALIA

Selectiora,

QVAE PRO DEFENSIONE REGII PATRIMONII

In Neapolitano Regno existentis,

SIVE IN FORO R.C.S. SIVE IN CONVENTIBVS IUDICVM

Delegatorum, siue in Regijs Collaterali Neapolitano,  
ac Supremo Italiae Consilij reddita sunt

A FABIO CAPYCIO GALEOTA

PATRITIO NEAPOLITANO,

Ex Regio Consiliario primam in Fiscis Patronum, deinde in Regie  
Camerae Summariae Praesidentem,

*Mox apud Potentissimum Hispaniarum Regem in Supremo Italiae Con-*  
*silio in Regentem adscito, ac Duce Rhegina creato.*

ACCESSERVNT INDICES, SI LOCUPLETISSIMI  
tum Argumentorum, Legum, tum etiam omnium materialium.

*Superiorum permissu, & Privilegio Regio.*




*D. Antonij ...*

NEAPOLI, Typis Iacobi Gaffari. M. D. C. XXXIII

*Sumptibus Io. Dominici Boue.*



PHILIPPO III  
AVSTRIACO  
REGI POTENTISSIMO.



FABIVS CAPYCIVS GALEOTA F.



*I superioribus annis volumina duo, quasi fetus duos enixus, Tibi, Rex Optime, ac Potentissime, consecrandos censui, ut sub afflatu gloriosissimi Nominis Tui ad hominum famam adolescerent; par erat in praesentia, ut hoc quoque volumen in hominum manus proditurum, aliquod de Tuo lumine sibi gloriae lumen accenderet. Nam si illa, qua privatarum controversiarum labores continebant à me Aduocato in iudicialis fori palestra desudatos, impetrarunt praesidium Maiestatis Tuae; an eodem praesidio carebit hoc opus, quod Fiscalia Responsa complectitur? Nempe si hac verbis expressa meum Te clientem meruerunt; eadem typis impressa desperare non debent patronum eundem Te, ob cuius patrimonium vel tuendum, vel augendum fuerunt elucubrata. Si vero beneficiorum compensationē apud benemerentes, dicationes voluminum afferunt; vnus es omnium, Rex Augustissime, cui ingenij mei monumenta iustissime tradantur: si quidem vnus fuisti liberalitate in me, multo effusore, quam ut illam animo complecti, aut officio sustinere potuissem. Tu mihi contulisti Regij Consiliarij dignitatem: addidisti in Regali tuo patrimonio Aduocati Fiscalis potestatem, Praesidentis auctoritatem: cumulaisti denique magistratu Regentis amplissimo in Supremo totius Italiae Consilio. Neque me tantum honestissimis Tuae beneuolentiae testimonijs,*



# RESPONSA

## FISCALIA SELECTIONA,

Quæ potissimum pro defensione Regij Neapolitani Patrimonij,

Tùm in foro Regiæ Camere Summariz, tùm Conuentibus Iudicum delegatorum, tùm Regijs Collaterali Neapol. ac Supremo Italiæ Consilij, prodire.

*Cum eorundem Senatuum Decisionibus, seu notis rerum iudicarum.*

## FABIO CAPYCIO GALEOTA

Patritio Neapolitano.

Ex Regio Consiliario primùm in Fisci Patronum, deindè in Regiæ Camere Summariz Præsidentem, mox apud Potentissimum Hispaniarum Regem in Supremo Italiæ Consilio in Regentem adscito, ac Duce Rheginæ creato

AUTHORE.


### SUMMARIUM.

- 1 Tex. in l. nullum penitus 12. C. de testib. inducitur.
- 2 Declaratur procedere non tantùm in teste falsum deponente, verùm etiam in eo, qui quouis modo etiam non sui Iudicis iurisdictionem offendat, ex cõmuni DD. sententia, & num. 4.
- 3 Concesso aliquo, & ea concessa intelliguntur, sine quibus id commodè explicari non potest.
- 5 Dispositionem text. d. l. nullum, gl'of. etiam in teste clerico procedere affirmat, in quo varia DD. sententia referuntur.
- 6 Sac. Consil. contrariam glossæ opinionem, uti tutiorem sequutum fuisse, testatur Affli. decil. 130. & eam communem, & ab omnibus receptam, num. 8.
- 7 Iudex secularis tunc de clerici falsitate cognoscere potest, cum necessario causa principalis decisionem falsitas depositionis respicit.
- 9 Laicus coràm Iudice Ecclesiastico falsum deponens, ab utroq; Iudice plecti potest, datur tamen præventioni locus.
- 10 Delegatus Principis, quàmuis contra testem iurisdictionem non habeat, potest tamen eum falsum coràm se deponentem punire, ex receptiori opinione, & idem in inferiore à Principe, dummodò ei criminalis coercitio nominatim non sit interdicta, num. 11.
- 12 Dispositio d. l. nullum nunquàm deficere potest, cum procedat solum in Iudice incompetente, non etiã in Iudice incapace.

# DECISIONES

## PRÆTERMISSÆ

Hic adnectuntur, vbi verò defunt, eas sublequutas non fuisse varijs ex causis, compertum est.



### Respons. 12.

**D**ie 22. Mensis Junij 1630. facta relatione in Collaterali Consilio S. E. per Dominum Matthiam de Casanate doctissimum I. C. Hispanum tunc Reg. Cam. Præsidi. nunc verò meritissimum Regiæ Cancellariæ Regentem, & pro Magno Camerario, accedente voto Illustris Marchionis Belmontis Regentis Tapiæ, ac aliorum Regentium Didaci Lopez, Scipionis Rouiti, ac etiam Consiliariorum Marcelli Marciani, & Thomæ de Franchis, nuper in Reg. Cam. Præsidi. electi, eius virtute, ac meritis à munificentissimo nostro Rege perspectis, adiutorum in dicta causa, fuit pronisum, & decretum, quòd infra quatuor dies audiantur omnes interesse prætendentes tam super possessorio etiã ordinario, quàm super petitorio, & interim officia, de quibus in

processu sequestrentur penes tertiam, verum fructus interim liberentur creditoribus. Actuarius Stinca, nunc de Crescentio:

### Respons. 15.

His omnibus plenè discussis die 13. Mensis Septembris 1628. coram Excellentissimo Domino Prorege, & Illustr. Visitatore, referente Domino Marchione Belmontis, fuit decisum, non adesse pactum, & proinde infra mensem procedatur ad ea, quæ incumbunt pro expeditione causæ principalis, votantes fuere

Dominus Regens Tapiæ causæ Commissarius.

Dominus Regens Enriquez Marchio Campiæ.

Dominus Regens Lopez Suarez. Domini Consiliarij Brancia, Zuffia, & Sanfelicius, nunc dignissimi Regiam Cancellariam Re-

gen.